

apud Senecam legiste puto (libri enim hic ad manum
non sunt) Inter omnes constat nullam rem bene
exerceri posse: quando distractus animus nihil
altius repetit, sed omnia velut inculcata
res prout. Patere igitur, ut licet sero, serio has tibi
gratias agam; qui impetire mihi etiam secundo dig-
natus sis, pro clara conditione et ingenio tuo factus. ne
certior quidem a me factus an priores accepissem. quia
illud causa neglectum vel dilatum fuerit, non ordo
dicere. Longa esset fabula, et ambages silentio molestiores.
Summa est, mei me iuris non esse, qui ut scio alibi scrip-
sisse Philosophum quem jam allegari, in alienorum
honorum (Reipublica nimirum) procuratione con-
nesco. neque ullo modo paria facere valeo, cum tot
literatis amicis, qui me pro humanitate sua frequenter
literarum commercio exercent. Si censori inter illos viri,
quibuscum et loquendi et tacendi laxa libertate uti et
abuti audeo, jam te inter intimas numerabo, atque
ut idem de me statuas obnixi postulabo. Vale
Vir Doctissimus, et nunc quoque inter tot rerum non
felicias invocantibus, sic loquentem quasi taceam
excusatum habes. In Castris ad B. op. Romium Idus
Calendis Quintil: CIOIDCXXIIIX.

Salutem si commodum est Reuocatio multam
a me dici cupio, facundi et vivaci ingenii viro
quod cum spreto verborum inanij, solis rebus
applicet, cuius rei in Florum nuper insigne
specimen dedit, fieri non potest, quin quod tibi
magno se et Reipublicam profectuloret.

Puteano.

Nood best.
uno spiritus:

Nobilissime et summe Viri

(266).

Quae de Bissexto nuper, erudite et sicut tuus est mos, argute
commentatus eras, a Beverovicio nostro, veluti ex
fideicommissis, ad me pervenere. Etiam si hoc tantis sit
invenies pauca me amico rescripsisse, quorum ut
in praesentia non exacte memini, sic ab illo tenet,
atque ex fideicommissis item, quam a me secundo exigi
cupiam. Libere enim, et pro candore gentis pronuncia-
veram, quanti hunc laborem tuum aestimarem, quanti
p. huius

pluris hoc facerem, si cum Mendelino supra laudem viro
materiam vestris qui scribitis aequam, et uno verbo, magis
dignam visibus numeretis. Si ad sciti *παρρησιας* exardet,
fuge querere, quibus verbis vos traduxerim, et hoc saltem
qualecumque ad amicum de amicis amice dictum putas
ab amico vestri, supra quotquot sunt mortalium studiis
simo cultore. Hactenus de Bissexto: Tandem, et bis
sexto pene post mense, nimirum ante paucos dies Epi
grammatum Belgicorum libellus lepidissimus, ignota
michi manu traditus fuit, cum tua tamen et Goolzii viri
probi, et amici, cui et hanc de causa et tua denique, qui
hoc jubet, non desinam favere. De Opusculo quid sentiam
Epigrammate quod vides testari libuit etiam inter arma
et quibus me transversum agi seis mille rerum tanca
mentis. Summa est gratulari me Puteano et patriae
felicem hunc ad suos reditum. Nec interesse puto, qua se
lingua vix sapiens explicet, nisi quod haec victori populi
latius dominatur, et hunc perennem hactenus Roma
Thriumphum ducit, Terrarum orbem Latine scire.
Civibus tamen tuis, Latinissime Romanorum, ut plenius
domi innotesceres et prodesse, omnium inter fuit. Macte
vero tam opportuno, tam pio instituto, et conuersis
oculis in tot praclarissima volumina, quibus Italia
veteri gratificatus es, nec non in vita breuem
summam (quod inuitus et cum tremore adjicio)
expende ~~semo~~ si non sero quantum Belgio debeas. ^{no}
ut statera ne claudicat. quod Exemplo Batavorum
aliquot incendi passus, me quoque inter praestantiores
accensere volueris, gratum et gloriosum est; et fortas
sis immerenti accidisse fateri expediat. Si quo tamen
loco tam leve calcas est, scito nec in posterum defores.
Pressi hactenus amoni, qui multifarii argumenti
opusculum Belgicum, quod quo minus ad umbilicum
perplexerim, fecit graue vulnus domesticum, quod de
Caelo factum me fuisse, ^{num} accepere nescio. Si non ignorasti
tamen me obiter testari, agrisculi tulisse, quod
solus amicorum (hostem enim, ut opinor diu inter
nos exanimus) ingenti meo luctui consolator subveni
re neglexeris. Sed ad opusculum: Quousque hoc
me perducere sinit animi serenitas postquam
Terras

terras reliquit quellachial Piel se nee portò le chian
recognitum nuper, et senere castigatum penes me
asterno, quin, ut fatear, Typis destino: si sic visum
erit nonnullis Amicorum, quos in profectione ver
naculà nominasti. nonnullis inquam, et mirum quam
paucis; nam ut hoc quoque effutiam, impari congressu
plures ibi aliquot sociasti. In hoc Poemate non diffi
tear totum meo Hugoninum exercuisse, et qui tam
juvenilibus placere ~~Pontano~~ Pubeano potius, propter
me confidentes hisce paulò maturioribus non fore talibus
vel despectui. Sed in praesidia reducum ista cura
erit, quo tempore, si spiritus hos regat artus; altero
item et sane si pari manere te ad vicinam domus non
mea, quam insigni loco Haga Comitum, toto tricennio
aedificavi, variis Typis aere prope diem incidentis, qui
flagrantibus tot amicis domi forisque facile exhiberi
possint. Ajunt inter non ineptissima Batavia
aedificia censerì posse. Tu judicabis, et quàm cumque
in parte expectationem tuam fefellerò, hoc aedi
ficias, ad mirum me fuisse proscriptis saeculi nugis,
ad Veteris Architecturae robur, utilitatem ac verum
tatem, quae ab Architecto simul omnia et singula
poscere Vitruvium, serio et bonà fide mihi lectum,
nemo te melius observaverit. Ecce quo ore summa
liceat! Vale vir. ~~Maximus~~ Virorum summe et hostium
amicissime, et summo opere mihi grata fuisse, adeoque
in cineribus fore Lipsii fragmenta quae misisti, crede
hoc pacto tamen ut nec amicis inuideantur: nimi
rum satis superque me benignitas tua ditavit.
hand paraverò, quod aut avarus ut Chremes terram pro
nam. disciuctus aut perdam aut nepos. Apud Horatium
sic ni fallor legitur, nam libri ad manum
non sunt. In castris ad Bergoprominum VII. Cal.
quintil: CIDICXXXIX. Totus Tuus.

Hor: epod: 1.

Posto: Libuit quibusdam ab Academia vestra viris, eruditissimis hercule
et praestantibus aggredi Descartium, Nobilem in
Batavis Pallum, et si quid iudico, subtilis, mascula
neque facile concutienda Philosophica autorem.
mihi verò, quod gloriosus, familiaritate intima
et quali paucissimos hominum dignatur, frequentis
item literarum commercio conjunctissimum.
Sua quae sit sententia, cum de apusculis quae
dicebantur

disceptandi ausam dedere, tum de partim
 lem haecenus velitationes audei expectabo.
 Doctissimo Tulleno, si amare me non desit,
 quin et si desierit, salutem dico. Invidelimum
 cum rubore nemine, turpissimi silentii reus,
 ad binas, ut opinor, literas, quibus nec
 meminisci audeo, quamdiu est, quod me
 compellaverit. Salveat tamen et valeat,
 multa quoque scripturae saeculi, et saeculorum
 ὄφραλας castiget, corrigat, sarciat.

Puteano.

(267).
 Læter ego doleamus geri lachrymabiles bellum.
 Indubio est. doleo quod Erycius hostis amanti est; sed nisi
 bella forent, nunquam tibi cognitus essem. Ostior
 Poetas verbis, Eryce Puteano, vir excelso, quod in meis
 non reperio, quibus quid belli infortunio debeam, quod
 te mihi amicum tradidit satis exornam. Bene vero
 sit dino Marti etiam pertinaci et cruento, quamdiu
 quidem materiam mihi et argumenta suggestatis, quibus
 quoddammodo apud te, imitatis etiam amicicie notam
 iusto igitur tuo, mi Puteano jam rusticanti, ut ais, quod
 post Varro nem per legas, hic habes, ut quod bona fide
 cepit etiam publicam facere perseveret, quin quod secum
 futurum, et securus etiam, perenni, ut ex tenore diploma
 tis observas. Hujus videnti copiam, ut quam paucissimis
 faciat neque nisi necessitate adductus faciat serio a
 te contendere, si qui enim hoc exemplo munere se
 prorsumpserint, molesti nobis, sibi nihil profuturi sunt.
 Non est mihi crede, quod a te postulo ornandi muneris
 ad ostentationem conquistat cautio, utriusque interest
 ut cum Horatii cornu sapiamus, habiturum plus dapi,
 et quos sequuntur. Parro his omissis, quam in palæstra
 te propter Varro nianam illam publicam exerces?
 quid seculo destinat æterni scriptor? facito me, obsecro
 omnium certiorum, atque ad epistolam item quam
 in castris debi, responde ὄφρα γούω ποτε, si me
 amas. de suppresso epigrammate nihil est quod
 excuses. nulla portione fortunam dignum sciri. satis
 est constituisse, quanti te faciam verba carulum Poetam
 quod est plurimi. de cætero non sum nescius, quam
 pondenter instituas, adversus flumen publicum non
 obniti, μὴτ' ἀντιπύρεϊν ἀνέμοιοι. nequeis sum ego qui
 a te exactum velim quo ab hoc consilio discedas bellatam
 unquam. charior es Batavo mihi quam tibi,
 quā